15. 2. *res*, nempe præmia & pœnæ;

16. quæ ut *in politiâ* temporali conſiſtunt in *communicatione* vel *ademptione* bonorum *temporalium*, quæ afficiunt *ſenſum*.

17. ita *in eccleſiâ*, ſeu politiâ ſpirituali, conſiſtunt propriè in communicatione vel ademptione bonorum *ſpiritualium*;

18. ſed *mediantibus* rebus externis & ſenſilibus quibusdam, tanquam *ſignis* & mediis, quæ in legitimâ communicatione vel ademptione afficiunt *fidem*, ſeu intellectum credentem, *intuitu ſignatorum* inſenſilium.

19. *Forma* conſiſtit *in commenſuratione* quadam, partim *ad merita* & qualitates, & *notitiam* facti:

20. partim *ad finem*, qui ædificatio eſſe debet, non deſtructio.

21. Inde ſunt certi *gradus*; quibus ab inquiſitione & *cognitione* proceditur ad *correptionem*,